

B. C. D.

REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ
SIVE
DORPATO - PERNAVIENSIS
HISTORIÆ

PARTICULAM QUINTAM
CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE
GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

D. VI. DECEMB. A. MDCCXCIV.

DEFERT

OLAVUS BOLANDER,

GOTHLANDUS.

LUNDÆ,

TYPIS BERLINGIANIS.

TO THE RIGHT HONOURABLE
H. H. AF DITMER,
GENTLEMAN. AND SUPERCARGO,

SIR,

Permit me to dedicate this little piece of work to *YOU* though an Academical one, methinks there is any need of ornament to it, and that of *YOUR* Illustrious Name, I hope *You* will not refuse me, as I am making bold to wait upon *You*, in order to set it off here.

Yoursafe then with pleasure, to receive this thin Essay Academical of mine, as a true pledge of my respect, due to *YOU*. My wish to the Almighty for *YOUR* and the Respected Relations reaping an unaltered bliss shall not leave off, as long as I am living, by reason *YOUR* Generous Heart does always endeavour to prepare and compose others.

I beg leave to subscribe myself, with great respect,

SIR,

YOUR

most humble servant
O. BOLANDER.

Rid- och Handelsmannen i Wengersborg

Välädle
HERR JONAS KRULL.

Räknar den ådle mennisko-vännen för sin största fölhet at utgjuta sig i ömhet och välgörande; så omfattar och den, som lyckligt blifvit et föremål för dessa menskligheten så högt prydande dygder, med ljusvaste känsla hvarje tilfalle at visa sin erkänsla och tacksamhet. Hos Er, Min Herre, har jag funnit det förra, och jag ville, at, då jag öfverlämnar Eder dessa blad, de på något sätt måtte vitna om det sednare. — Uptagen då denna min lärospän, såsom et prof af den erkänsla och högagtning för Eder och Edert Hus, med hvilken jag altid skall framhårda

Min Herres

ödmjukaste tjenare
OL. BOLANDER.

Vocem ☉ *Gen. XI. 4.* qui *Signum reddi volunt, haud multum quidem ab iis discrepant, qui Nomen reddunt, siquidem Nomen idem Signi includit: retinendam tamen cum Cel. Equ. Michaelis um uns ein Nahmen bey der Nachwelt zu machen reddente, ideam Nominis dico, ita tamen, ut illud additamentum bey der Nachwelt in ejus metaphrasi superfuum putem.*

II. *Non solum nihil impedit, quominus ☉ Gen. XVIII. 8. butyrum reddatur, sed ita etiam isto in loco hæc vox reddenda videtur.*

III. *Inanem omnino suscipiunt operam, qui de arte scribendi sive characteristica universalis laborant; nec dubito hoc referre tritum illud: incidit in scyllam cupiens vitare charybdin.*

IV. *Merito rejicitur illud Bælii aliorumque figmentum, ex Philosophia, quantumvis recta, pura & genuina, sophismata & hæreses oriri.*

V. *Quamvis πατριδουμαναvitium esse infra negare nequeam; gentis tamen antiquitatis gloriam contemni debere, non contendeo.*

VI. *Qui demonstrationes ubique urgunt, illos Philosophiæ male consulere, puto.*

Ultimam vero legationem a. 1645 suscepit *) ad negotia pacis Brömsebroënsis procuranda proficiens; & hæc quoque fuit laborum itinerumque ejus meta: namque eodem hocce anno d. 15 Martii pacificis hisce cogitationibus ac curis inten-

m tus

*) Skytium in Rossiam legationem quoque obiisse, narrat BACKMEISTER I. c. & ex eo GADEBUSCH p. 149. Hujus vero legationis cum nullam mentionem istius ævi annales faciant, nec vel hunc vel illum fallere studiose voluisse putem; de eo, ex quo haulerint, detegendo cogitare coepi, & detegere mihi fortasse contigit: nempe Hamburgi a. 1619 in 4:o liber prodiit, hunc præ se titulum ferens: *Itinerarium, oder aussführlicher Bericht von des Schwedischen Gesandten Joh. Skytens, Reise aus Schweden nach Dänemarck, Holland und Engelland; Neben drey Tractälein von der Schwedischen Gesandschaft nach Moskau, wie auch der Moschowitischen nach Schweden, in Jahr 1617 und dann der Russen Religion, Ceremonien, Gesetzen, Policey, Kriegeshandel und Landes Beschaffenheit.* Auctor fuit PETRUS JANSON (ut MOLLERUS Cimbr. Lit. T. II. p. 399 me docet) Skytii in legatione ad Danos, Batavos & Anglos comes Sacerdos, qui, post redditum ex illa, Hamburgi commoratus itinerarium, hocce edidit. Contigit vero, ut vel ipsi Backmeister & Gadebusch, vel alii, quorum vestigis hi institerint, non distinguentes primum, quod in hoc titulo commemoratur, Itinerarium, & Skytii tantum legationis est, a reliquis, singula hæc itinera a Skytio confecta esse putaverint. Nec veriora sunt, quæ de legatione vel itinere quodam Johannis Skytte Constantinopolitano BACKMEISTER p. 151

tus in prædio suo Söderåker, haud procul a Brömsbro sito, vita excessit. Sepultus est, Upsaliæ in templo cathedrali & monumento Skyttiano sequ. d. 24 Junii, appositumque vexillum sericum hac aureis literis exarata inscriptione ornatur : Den Val-
borne Herre Herr JOHAN SKYTTE friherre til Duderhof, Herre til Grönsöö, Strömsrum och Skytteholm, Riddare, Sveriges Dijkses Marsh, Præsident och Öfwerste Domhafwande uti theu Kongl. Gidha Dijkses Hof. Dått i Jönkiöping, Upsala Academias Cantzler, Lagman öfwer Norre Flinne Lagsaghu, och på denna tÿdh förordnad Commissarius opå Tractaten emellan Sverige och Darmardt. Hvilken talig i Herranom afsmouade uthi Commissariernes närvaro wid Söderåker d. 15 Martii 1645 (*).

Atque hæc fata & merita sunt Viri, ut pii & optimarum artium studiis eruditissimi, sic Regi ad-dicti, dediti obstrictique, & ad publica commoda com-

sic tradit : Seine Reise nach Constantinopel hat ihm über 15000 Thaler gekostet. Ex Miscellaneis quidem Leibnitianis, quorum paginam 151 allegat, hæc petita esse video, sed sine Auctore dicta nullam merentur fidem. Nisi vero multum fallor, patrem cum filio Benedicto Skytte commilcent, eoque minus fallim me puto, quod reliqua in hac orationis serie, a Leibnitianis istis petita, ad hunc Benedictum Skytte pertinent, id quod infra, ejus quoque viram exponens, nam Cancellarius Academias Dorpatensis ille etiam tuit, planum faciam.

* Peringskiold Monum. Ullerak &c. p. 109.

comparanda-ita parati, ut amore in patriam nulli secundus dici queat. Veræ religionis nostræ Christianæ studiosissimo *) mandata de schola Umoënsi instituenda Rex GUSTAVUS ADOLPHUS dedit: nec vero soluim Skyttius mandata fideliter exsecutus est, sed sustentandæ etiam huic scholæ 5000 thaleros mon. arg. partim ex sua ipsius liberalitate, partim ex amicorum munificentia conquisitos sup-peditavit **). Auxit hoc erga Lappones benefi-
m 2 cium

*) Vid. diploma Regis GUSTAVI ADOLPHI a. 1631. d. 20 Junii Stet. Pomer. datum, quo eum en nytal-
standhe Man til vår Christeliga Religion och de bo-
felige konster appellat, scholæque Umoënsis instituendæ
curam eum gerere jussit, ac Skyttianam familiam ejus
dirigendæ perpetuam habere curam voluit. Cfr BAA-
ZIUM Invent. Eccles. Sveo-Goth. p. 800. Pii hujus
instituti auctorem sualoremque Skyttium fuisse, WEN-
STRÖM l. c. p. 23 verisimile judicat, opera studio-
que commotus, quæ Skyttius Lapponibus navavit, li-
teris, ad Cancellerium regni Com. AXELIUM OXEN-
STIERNA datis, ab eo precatus, ut Regis erga Lap-
pones misericordiam imploraret. Interim prima scholæ
Umoënsis initia, quæ sibi ignota fuisse JON. E. ASK
in disp. de Urbe Uma & adjac. Paroec. p. 12 fas-
sus est, ad a. 1631 referenda esse, ex Regio hocce
diplomate liquet.

**) Totius hujus summæ, tanquam si a Skyttio donata fuisse, diplomatis Reginæ CHRISTINÆ a. 1634 d. 5 Nov. dati, ita quidem hic titulus : Øpedt Bress för Lappescholan uthi Uma Lappemarck, ait beholle udare Byar i Uma soch uathi undervant för 5000 Daler, som

cium alia quoque liberalitate, manuale eorum ecclesiasticum (*Handbok*) suis sumtibus imprimendum curans *). De pube scholastica rite erudienda eum egregie sollicitum fuisse, testantur Praecepta Constitutionis in scholis publicis ab eo præscripta **). Quantum ejus studium Gymnasii Dorpatensis fundandi, ejusque in locum succendentis Academiæ Dorpatensis extiterit, ex supra dictis liquet: dudum hac Academia cessavit, perenniusque Skyttianæ erga Livoniam beneficentia monumentum est Dicasterium, illo suadente, ibidem institutum & hodieque vigens, ad eundem ordinis tenorem, cui ille, Rege jubente, suscripsit, alligatum. Neque vero ejus erga se meritorum memoriam grata mente recolere unquam desinunt Athenæ Upsalienses, quibus & Cancellarius summo studio omniisque cura prospexit, & novum Professorem, suis sumtibus honeste sustentandum, donavit ***). His igitur meritis

af Herr Johan Skytte till beundrte Echoes underholdh
åbne föråbnde, mentionem facit. Sed aliorum quoque munificentia sublevatum esse hoc institutum in ipso diplomate, quod latine versum apud BAAZIUM l. c. p. 799 — 802 legatur, diserte dicitur.

*) Ejus quoque euræ deberi, quod Holmiae lingua Rossica in Ingemannorum gratiam consignatum prodierit, Rituale, vel Manuale Eccl. GADEBUSCH.US narrat p. 154 conf. SCHEFFERUM in Lapponia p. 72, 73.

**) Ser. Script. Skytt. ad calc. h. art.

***) GADEBUSCH l. c. p. 151.

ritis clarus summis annumerandus est Viris, honestiusque inter illos locum in annalibus non politicis solum, sed literariis etiam tenet. Ad eximiam enim ejus naturam cum ratio quedam atque conformatio doctrinæ accessit, non potuit non singulariter quoddam & eximium inde existere. Literis autem non leviter tinctus, sed imbutus erat. Eloquentia & Poësi ita excellebat, ut ad veterum Orationum ac Poëtarum laudem scripta ejus pervenerint. Philosophus fuit, non Sectarius, sed Ecclesiasticus & eo numero, qui reformandæ apud nos Philosophiae faciem prætulerunt, ejusque præcepta ita percepta habuit, ut iis non ad ostentationem sed ad vitam agendam uteretur *). In deliciis ei scientiæ Mathematicæ fuerunt, studiisque in iis consumti varia dedit specimina non edita solum, sed publica etiam disquisitione vindicata **). Rem loquor, cui testimonio sunt scripta ab eo elucubrata, quæque in aspectum lucemque protulit, hæcce:

m 3

I. Ora-

*) Ipsam hanc Donationem, ejus Confirmationem per Regem GUSTAVUM ADOLPHUM, & Conditiones donationi additas lege apud BAAZIUM I c. p. 715 — 728. Novi istius Professoris est Eloquentiæ & Politiciæ præcepta juventuti Academicæ in primis tradere, ipsumque munus ob illo obeundum Eloquentiæ & Politiciæ Professo Skyttiana appellatur.

**) De Moribus ejus speciarum nihil dixi: Eos vero in tanto Viro satis compositos fuisse, credi convenit; ad credendum tamen impedimenta objicit effatum Regi-

- I. Oratio de Primis Scandiæ Inhabitoribus habita & edita Marpurgi a. 1592. 4:o.

II. Ani-
næ CHRISTINÆ in sua ipsius vita apud ARCKEN-
HOLTZ l. c. T. III. p. 67 illos sic depingentis :
Je faisois mes répétitions & examens, aux quels se trouvoit toujours présent le Sénateur Jean Skytte, qui avoit été Précepteur du Roi mon Pere. Ce bon homme étoit aussi pédant, qu'homme du monde, mais il n'étoit pas seul. Hoc magis vero Angliae Regi JACOBO I. magno isti Eloquentia & Linguæ Latinæ Patrono placuit, quem sua ingenii præstantia sermonisque suavitate ira cepit, ut non modo ipsum, ut supra dictum est, sed filios etiam Equites & in his quidem BENEDICTUM SKYTTE adhuc juvenem his usus verbis : *c'est pour l'amour de Votre Pere* creaverit. Haud raro autem contingit, ut, quæ non nullis placendi, eadem aliis sit displicendi ratio. Delecatius aurem Regina, quam Rex lenserit. Ex ingenio tamen, quo valuisse Reginam constat, effati rationem D: n GARTZ repetendam ducit, in *Åreminne öfwer Nils Widet Johan Skytte* sic judicans : Detta hittande war efter min tanka en werkan af den oska characteren Drottningen och Skytten hade. Drottningen hade et svagtigt sinne. Skytten war stadig, och således detta omnödige en naturlig följd af deras särskilda sinnelag. På samma sätt war Sully föjlig, när han kom till Ludvic XIII hof, klädd i gammalmodiga kläder och okunnig om hovfolkets då brukeliga sedvänor. Det är utur vissa synkreß, uti ostridia afferend, man åskådar och dommer folks characterer och gerningar.

- II. Animadversiones contra DANIELEM CRA-
MERUM Professorem Wittembergensem pro
Logica Ramæa. Francof. ad M. a. 1595.
4:o *)

- III. Dissertatio Mathematica de Mechanicæ Artis
Præstantia, Emolumentis ac Fundamentis, ad-
versus Aristippeos & Epicureos Philosopha-
stros: cui adjuncta est Epistola Magistri NI-
COLAI CHESNECOPHERI Sveci, J. U.
Studiosi, adversus Antiquarium Wittembergen-
sem; item Tab. Art. & Profess. Mathem.
Auth. LAZARO SCHONERO. Lemgoviae
a. 1598. 4:o.

- IV. Disputatio exhibens Problemata ex Artium
Liberalium suavissimis & amoenissimis fontibus
desuinta, pro consequendis summis in Philo-
sophia dignitatibus, sub præsidio RODOLPHI
GOCLENII ad disputandum proposita. Marp.
Catt. a. 1598. 4:o **).

- V. Oratio, qua docetur, sine Eloquentia ad erudi-
tionis fastigium perveniri non posse, recitata
in Acad. Marpurg. m. Nov. a. 1598. Ad
Illustr.

*) Hæ Animadversiones non solum a BACKMEISTE-
RO & GADEBUSCHIO, ut WENSTRÖM p. 25 ob-
servat, verum etiam a SCHEFFERO Svec. Lit. p. m.
46 commemorantur.

**) CLIV hæc disputatio continet Theses, ex Gram-
matica, Rhetorica, Logica, Arithmeticâ, Geometria,
Optica, Musica, Astronomia, Geographia, Mechanica
& Ethica peticas.

Illustr. Potent. ac Literat. Princ. ac Dominum
D:n WILHELMUM Ducem Brunsw. & Lü-
neb. Holmiæ 1604. 4:o.

VI. Oratio de Svecorum Gothorumque Vetustate
& Fortitudine militari, recit. in Marp. Acad.
m. Jan. a. 1599. Ad Sereniss. Potent. ac Belli-
cos. Princip. ac Dominum D:n CAROLUM
designatum Regem Svec. & Princ. Hæred.
Sudermanniaæ, Nericiæ, Wermel. &c. Ducem
Dominum suum Clementiss. &c. Holm. a.
1604. 4:o *).

VII. Dissertatio duplex Mathematica, una Geome-
trica, altera Optica, Præside NICOLAO CHES-
NECOPHERO. Marp. 1599. 4:o.

VIII. Oratio, in qua ostenditur Artium Liberali-
um Majestas, & nobilis Eloquentiæ Dignitas,
hab. Nycopiæ m. Octob. a. 1599. Ad Illustr.
optimæque spei Principem D:n JOHANNEM
Regnor. Sveciæ, Gothiæ Wandaliaque Princ.
Hær. Ostro-Gothiæ & Daliæ &c. Ducem. Hol-
miæ 1604. 4:o.

IX. Flo-
**) In Svecanum sermonem translata hæc Oratio pro-
diit Holmiæ eodem hoc anno in 8:o iterumque a.
1678 & Norcopiæ a. 1724 hoc titulo: En Oration
om the Svenkas och Göthers första Ursprung och
Mandom. Germanica versione donata Holmiæ edita
est a. 1609. 4:o. (WARMHOLTZ Biblioth. Histor.
Sven.-Goth. P. III. p. 75. N. 1320. Germanicam
hanc versionem cum Svecana BACKMEISTER p. 158
hæc addens; Eine Uebersetzung dieser Riede ins Deut-
sche von ihm selbst 1604 und wieder 1678 commis-
se videtur,

IX. Flores Philosophici, ad quorum pacatam dis-
quisitionem in Illustr. Potentque Principis
MAURITII Landgravii Hassiaæ Collegio ad
d. 3 Maji instituendam, omnes ejusdem colle-
gii alumnos humiliter invitat, humaniter pro-
vocat M. Johannes Schroderus Sucus J. U.
Studiosus. Cassellis a. 1610. 4:o. *).

X. Oratio de Splendore Collegii Mauritianæ, habita
Cassellis m. Apr. a. 1600. Ad Illustr. Pot. &
Liter. Princ. D:n MAURITIUM Hassiaæ Landt-
graviæ. Holm. a. 1602. 4:o.

XI. En kert Underwißning, uthi hwad Konſter och
Dygender en Furſtelygh Person ſkal ſig öfwe och bru-
ke, then ther tänker med tiden lyckosaligen regera
Land och Rijke. Stelt til then Höghborne Furſte
och Herre, Herr GUSTAF ADOLF m. m. af
Hans Kuesl. Mådes Präceptore Johan Skytte,
Stockh. år 1604. 1790. 8:o.

XII. Oration, darinnen ausführlich erklärt und dar-
gehan wird, wer anfanglich Ursach geben zu dem
Tumult, Zwispalt und Uneinigkeit, so imm eine ge-
räume Zeit hero in dem uhralten und hochloblichen
Königreich der Schweden und Gothen geschwebt,
desgleichen auch zu dem blutdürstigen Kriege, der
noch heutiges Tages zwischen den Schweden und
Polen unenbeschiden steht. Item: darinnen auch
etwas gehandelt wird von der alten Schweden und
Gothen Tapferkeit und manlichen Thaten in Kriegs-
fachen

*) Nomini præfixus titulus M. docet, eum Philosophiaæ
Magistrum renuntiatum esse.

fachen. Gehalten d. 22 Aug. A. 1603. auf der Königlichen Festung Calmar, in Gegenwart des Durchleuchtigsten, Großmechtaen, Hochgeborenen Fürsten und Herrn, Herren CARL, damahls der Schweden, Gothen und Wenden erkorenen Königs &c. ih aber CAROLI des Neunden der Schweden &c. gekrönten und regierenden Königs, Ihrer K. M. Gemahlin, so wohl auch der jungen Herrschast und Krewlein. Zugleiches des Durchleuchtigen Hochgeborenen Fürsten und Herrn, Herrn FRIEDRICHEN Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg, wie auch des Schweden Reichsräthen, Ritterschaffe, Prälaten und Gemeinden. Durch Johannem Skytte zu Elfweljö Svecum Aus dem Schwedischen Exemplar in Deutsche Sprache versezt. Gedruckt zu Stockholm. A. C. 1608. 4:0. *).

XIII. Orationes III. habitæ ad Sereniss. M. Britannia Regem, in quarum *prima* causæ, ob quas SIGISMUNDUS ejus nominis III. ab Ord. Svec. ejectus, in ejusque locum Sereniss. CAROLUS ejus nominis IX substitutus est,

red-

*). Hanc orationem Helmiæ quidem, sed a. 1609. BACKMEISTER p. 159 & GADEBUSCH p. 157. editam esse dicunt, nec aliter SCHEFFERUS in *Svec. Lit.* p. 4. eundemque annum, allato titulo, adjicit *Aead. Gryphismald. Biblioth. Catal. T. II. p. 635.* Titulum ego ex WENSTRÖMII *Conspictu Opusc.* a. J. Skytte editor. l. c. p. 29. descripsi, eumque, cui scribenti liber ad manus curæque integer titulus fuit, annum quoque recte annotasse, credi convenit.

reducentur; *altera* gratiæ pro composito Svec. Dan. & Svec. Moscov. bello aguntur, & eorum caussæ exponuntur; *tertia* Sveco-Polon. belli caussæ recensentur, tum quantopere interficit omniam Reformat. Principum Polonum a Svecorum regno arceri ostend. & ad id Seren. Rex invitat. A. 1618. 4:0 sine loci mentione *).

XVI. Oratio Upsaliæ a. 1625 d. 5 Decemb. habita, cum professionem a se fundatam JOHANNI SIMONIO solemniter commendaret **).

XV. Oratio habita coram Rege Angliæ in restituitione Periscelidis Equestris, post obitum Regis GUSTAVI ADOLPHI, una cum descriptione solemnium omnium istius actus. Ups. 1635. 4:0 ***).

n 2

XVI.

*) De acerbissima, quam GREGOR. LAUR. BORASTUS edidit, harum primæ refutatione vide supra p. 75. not.

**) Aelui, qui a. 1626 Upshliæ 4:0 prodiit, istius professionis *Inaugurali* inserta est hæc Oratio, separatim vix edita.

***) Ad vocem *Angliae* in hujus Orationis titulo SCHEFFERUS l. c. addit JACOBO, quod idem a BACKMEISTERO p. 159 factum esse video, eumque errorem GADEBUSCH l. c. sic notavit: *Das ist ein Gedächtnissfehler.* Jacob starb schon 1625.

XVI. Oratio, qua studiosam Upsaliensis Academiae
pubem ad verum studiorum finem publice
hortabatur d. 19 Nov. 1640 *).

XVII.

*) Antea ineditam NETTELBLADT in Schmed. Bi-
blioth. IV. Et. p. 122 — 135. imprimendam cura-
vit. Hanc a Backmeistero & Gadebusch sub titulo :
Oratio contra Metaphysicam commemorari, Wenström
dicit p. 32. & recte quidem ad Gadebuschi quod at-
tinget, sed tacitus eam Backmeister præterit. Titulum
hunc puto Gadebuschium ei indidisse, quod ab aliis
eodem donatam vidit. Titulum autem argumento
accommodatum esse, perlecta oratione, affirmare pos-
sum, recteque me affirmare, præter alia, quibus in
hac oratione utitur, hæcce ejus verba demonstrabunt:
*Non possum me continere, quin, quid mibi in Suder-
manniam ante mensem eunti contigerit, hoc loco re-
feram: Obvius mihi factus est quidam juvenis in
parochia Torsen. Cum querenti mibi, quo se conser-
vet, & quod vita genus traxaret, respondisset, se pro-
perare Stregnesiam & studiis invigilare, egoque repon-
suissim, numine ad eum modum, quo sub priore Epis-
copo tractassent studia, jam sub Episcopo successore
traflarentur, is liberalissime loquitur, & dicit: nihil
plane est immutatum. Utterius cum ursissim, unne
etiam Metaphysicæ suus ibidem bonos constaret, affir-
mavit ingenue, domi & privatim esse studiosis Meta-
physicam in summis deliciis, authorisque cuiusdam
Metaphysici novi, cuius nomen mihi excidit, mentio-
nem injectit, ex quo summae cuperentur utilitates.
Animadvertisit facile, Auditores, quid diabolus priva-
tim molliatur, cum venenum suum publice non ita com-
mode spargere possit. Num igitur Skyttius Metaphy-*